



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

CCXVII. De prohibitione deferendi habitus Ord. Nimorum de Observantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO
1729.

Dato dal nostro Palazzo Apostolico Vaticano
questo di XXVI. Marzo MDCCXXIX.
BENEDICTUS PP. XIII.

CCXV.

Conceditur Indulgentia Monachis, & Monialibus Ordinis Carthusianorum ad instar visitantium septem Ecclesias Urbis.

Alia hujus Conf. ed. 1728. Apr. 6. P. 4. concessa fuit Indulgentia plenaria perpetua Monialibus totius Orbis in die earum vocationis, benedictionis, & consecrationis.

Dat. 27. Apr.
1729. An. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecti Filiis Monachis, ac dilectis in Christo Filiabus Monialibus, Novitiis, Conversis, & Donatis Ordinis Carthusianorum, ubicumque existentium, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Concessio
prædictæ In-
dulg.

S. 1. A augendam vestram devotionem, & Animarum salutem celestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti vobis omnibus, & singulis vere penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui, & quæ semel in hebdomada decies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam in Oratorio vestri Domicilii devote recitaveritis, & ibi pro Christianorum Principi concordia, Hæreum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderitis, qua vice prædictarum id egeritis, ut eas omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac si septem Almae Urbis nostræ intra, & extra illius muros Ecclesias ad id designatas personaliter, & devote visitaretis, tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus, & indulgemus.

Clausula.

S. 2. Non obstante regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar ceterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus ad decennium tantum valit. Volumus autem quod si pro impetratio, præsentatione, admissione seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur præsentes nullæ sint, quodque præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Persona in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem proorsus fides adhibetur, quæ adhiberetur ipsiis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris die XXVII. Aprilis MDCCXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCXVI.

Confirmantur quedam Constitutiones Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia.

Alia hujus Conf. ed. 1727. Jun. 20. P. 4. confirmatur quoddam Decr. Min. Generalis corundem Fratrum, & Conf. ed. 1730. Jan. 29. P. 6. confirmantur quedam Decreta Capituli Generali.

Dat. 2. Maii
1729. An. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ad Pastorialis dignitatis fastigium meritis licet imparibus, divina dispositione evecti illa, quæ pro felici, prosperoque Religiosorum Ordinum uberes bonorum operum fructus in Ecclesia Dei assidue proferte satagentium gubern-

nio, & progressu provide constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolabilia persistant, Apostolici munimini Nostris patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilius.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Josephus Maria ab Ebora Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de observantia nuncupatorum, quod pro salubri totius Ordinis hujusmodi illiusque Fratrum Regimine, & direzione diverse Constitutiones in Capitulo Generali ipsius Ordinis novissime videlicet anno 1723. in hac Alma Urbe celebrato, cui felic. record. Innocentius Papa XIII. Prædecessor Noster præsedit, editæ, ac subinde iussu Nostro a Venerabili Fratre Nostro Laurentio Episcopo Tusculano Corsino Ordinis præfati apud nostram Sedem Apostolicam Protectore, & bon. mem. Laurentio, dum vivit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Cozza nuncupatis revisæ, ac per eos in meliorem, clarioremque formam redactæ fuerunt.

S. 2. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungetur, prædictus Josephus Maria Procurator Generalis illas pro firmiori earum subsistencia exactiorique observatione Apostolicæ Confirmationis Nostra patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Josephi Mariæ Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penit. a Jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, Constitutiones prædictas in iis tantum, quæ Sacris Canonibus, Conciliis Tridentini Decretis, Constitutionibusque, & Ordinationibus Apostolicis, præfertim Reformationem dicti Ordinis, illiusque Fratres Reformatos, seu Recollectos, vel Discalceatos nuncupatos quomodolibet concernentibus, & quandocumque editis non adversantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui defluerint quomodolibet intervenerint supplemus.

S. 3. Decernentes eadē præsentes literas, ac Constitutiones, ut præfertur, editas semper firmas, validas, & efficaces exifere, & fore suosque plenarios, & integrō effectus lortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari: Sieque in præmissis per quoquaque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facien, non obstan, quibuscumque.

Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris die II. Maii MDCCXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

ANNO
1729.

Nonnullas
Constitutio-
nes in Capit-
Gen. novissi-
me Roma ce-
lebrato ema-
nante refer-
tur.

Preces Pro-
curatoris Ge-
neralis.

Confirmatio
Constitutio-
num præd.

Clausula.

CCXVII.

Confirmatur Constitutio Urbani VIII. super prohibitione deferendi habitus Ordinis Minorum de Observantia.

*Laudata Urb. VIII. Conf. hic inserta edita est 1638.
Ost. 5. P. 16.*

Dat. 16. Maij
1729. An. 5.Constit.
præd. Urb.
VIII.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias emanarunt a felic. record. Urbano Pa-
pa VIII. Prædecessore Nostro literæ in simili
forma Brevis, tenoris, qui sequitur videlicet:

§. 1. Urbanus PP. VIII. ad futuram rei me-
moriā. — Cum sicut dilectos Filiis Procurator
Generalis Ordinis Fratrum Minorum regularis
observantia Sancti Francisci Nobis nuper expo-
ni fecit, quamplures abutentes habitu Fratrum
Tertiariorum Ordinis ejusdem Sancti Francisci,
vel simplicem Tunicam oblongam cum Mantel-
lo, vel fine eo absque Superiorum prædictæ Re-
ligionis licentia deferant, vel etiam eis Caput-
tum, aut Tunica adjunctum, aut ipsi Mantel-
lo consutum superaddant, eorumque nonnulli
extra Claustra degentes tum scandalose, & in-
opportune sub specie peregrinationis, aut alterius
emendati prætextus divagentur, tum etiam
aliquas Ecclesiæ, seu Capellas adscito sibi Eremi-
tarum nomine incolant, exindeque maximi apud
seculares scandali materia, & prava opinio[n]is
erga prædictam Religionem ingeratur; Nobis
propterea dicitus Procurator Generalis humiliter
supplicari fecit, ut tot incommodis, & scandala
opportunitum aliquid remedium adhibere de
benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eundem Procuratorem Ge-
neralem specialibus favoribus, & gratis prole-
qui volentes, & a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastici
sententiis, censuris, & poenis a jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa latet, si
quibus quomodolibet innodatus existit ad effe-
ctum præsentium dumtaxat consequendum, ha-
rum serie absolventes, & absolutum fore cen-
sentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,
omnibus, & singulis Locorum Ordinariis, ac
Nostris, & Sedis Apostolice Nuncius ubi vis
Terrarum constitutis, & degeneribus, tenore
præsentium districte præcipiendo mandamus, ne
de cetero quempiam prædictam Tunicam ob-
longam, cum, vel fine Mantello, absque Super-
iorum prædictæ Religionis Minorum de obser-
vantia, & cuiusvis Instituti, seu Congregatio-
nis Ordinis ejusdem Sancti Francisci licentia in
scriptis obtenta quoquomo deferre permit-
tant, utque, si aliquem præmissorum transgres-
fore repererint, illum Carceri manipandum,
tali habitu exundum, & arbitrari poenis mul-
tandum irremissibiliter curent, & propterea
nemini licitum faciant, etiam prædictæ Reli-
gionis Minorum de Observantia, & cuius Insti-
tuti, seu Congregationis Universi Ordinis hu-
jusmodi Superiorum scriptæ, seu quovis alio
prætextu robora[re] licentia defuper acceſſit, ut
habitum hujusmodi cum prædicto Caputio,
vel Tunica, seu Mantello, ut præfert, con-
fuso deferant, sublata ejusdem Ordinis Super-
ioribus, aliisque Locorum Ordinariis, ac Nunciis
Apostolicis, & eorum cuiilibet quavis au-
toritate licentias hujusmodi cuiquam concedendi,
ac demum earumdem tenore præsentium volu-
mus, & ordinamus, ut si quispiam tale deſe-
rens Caputum vel cum licentia, vel fine ea in-
ventus fuerit, Carceris detentio[n]e, habitus pri-
vatione, & aliis arbitrariis poenis ab eisdem Or-
dinariis, & Nunciis omnino puniatur.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis,
etiam Juramento, confirmatione Apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &
confuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, &
Literis Apostolicis in contrarium præmissorum
quomodolibet concessis, confirmatis, & inno-
vatis. Quibus omnibus, & singulis illorum om-

nium tenores præsentibus pro plene, & sufficien-
ter expressis, habentes, illis alias in suo labore
permanfuris ad præmissorum effectum specia-
liter, & expresse derogamus, ceterisque contra-
riis quibuscumque. Us autem præsentes no-
stræ literæ ad omnium, quos illæ concernunt
notitiam facilis devenant, volumus, quod il-
larum transumptis, etiam impressis manu alicuius
Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ
in Dignitate Ecclesiastica constituta munitis,
eadem ubique fides in Judicio, & extra illud
adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si fo-
rent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud
Sanctam Mariam Majorem sub Annulo P[ro]f[essoris]
die V. Octobris MDCXXXVIII. Pontificatus
Nostri Anno Decimo Sexto.

§. 4. Cum autem, sicut dicitus Filius mo-
derinus Procurator Generalis ejusdem Ordinis
Nobis nuper exponit, nonnulli præsertim
Eremitæ contra præfatarum Urbanus Prædeces-
soris literarum tenoren, ac dispositionem ipso-
rum Fratrum habitum cum Caputio non sine
eorumdem Ordinis, ac Fratrum dedecore, &
perturbatione deferre præsumant, indeque plu-
rima scandalæ antehac orta fuerint, ac in dies
orientur; Nobis propterea dictus Procurator
Generalis humiliter supplicari feit, ut in præ-
missis opportuno providere de benignitate Apo-
stolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur ejusdem Procuratoris Gene-
ralis votis hac in re, quantum cum Domino
possimus benigne annuere volentes, eumque a
quibusvis excommunicationis, suspensionis, &
Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-
suri, & poenis a Jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet
innodatus existit, ad effectum præsentium dum-
taxat consequendum, harum serie absolventes,
& abfolatum fore censentes, hujusmodi supplici-
ationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum
nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardina-
lium negotiis, & Consultationibus Episcoporum,
& Regularium præpositorum, qui Dilectum
Filium Ministrum Generalem Ordinis prædicti
desuper audierunt, ac narrata attenderunt, con-
silio, præfertis Urbani Prædecessoris literas
omniaque, & singula in eis contenta auctorite-
tate Apostolica tenore præsentium approbamus,
& confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica
firmitatis robur adjicimus. Præterea memoratis
Eremitis sub poenis in eisdem Urbanus prædeces-
soris literis expressis præcipimus, ut pro majori
faciliorique eorum a Fratribus dicti Ordinis dis-
crimine, de cetero ultra barbam gestent etiam
Tunicam breviorem, solitumque scapulare longius
pallio, seu mantello ad differentiam Tertiariorum
commensalium.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper
firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suol-
que plenarios, & integros effectus sortiri, & ob-
tinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore
quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia
plenissime suffragari, & ab ilis respective in-
violabiliter, & inconcuse observari; sicut in
præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, &
Delegatos, etiam Caſarum Palati Apostolici
Auditores, & dictæ Sedis Nuncios judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane, si fecis-
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus,
& singulis illis, quæ in præfertis Urbani Præ-
decessoris literis concessa sunt non obstat, ceterisque
contraireis quibuscumque.

§. 8. Volumus quoque, ut earumdem præ-
sentium Literarum transumptis, seu exemplis,
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica

digitatione

Cause pro-
fessoris Confir-
matiōnēs.Præses Proc.
Gen.Confirmatio
relate Conf.
Uro. VIII.

Clauſula.

Fides ha-
benda tran-
sumptis.Prohibitio
prædicti deſe-
rendi habitus
Ordinis Mi-
norum.

Derogatoria.

ANNO

1729.

dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur tam in Judicio, quam extra illud, quæ haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris die XVI. Maii MDCCXXIX. Pontificatus Nostri Anno V.

CCXVIII.

Conceditur Indulgentia plenaria perpetua Visitantibus aliquam Ecclesiam Canonorum Regularium, vel Monialium Ordinis Praemonstraten. ubicumque locorum quibusdam anni temporibus.

Alia Indulgentia plenaria perpetua iisdem concessa fuit a Paulo V. Conf. ed. 1606. Oct. 19., que postmodum confirmata reperitur ab Innoc. XII. Conf. ed. 1697. Apr. 20. P. 6.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 11. Julii

1729. An. 6.

Proemium.

In iunctâ Nobis divinitas Apostolicæ servitatis ratio postulat, ut Cœlestium munera thesauros dispensationi nostrâ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam fidem religionem, & Animarum salutem speramus in Domino profuturum.

S. 1. Itaque de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Canonorum Regularium, quam Monasteriorum Ordinis Praemonstraten. tam hactenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque Locorum existentibus in decima sexta Januarii, tertia, ac vigesima nona Martii, septima Aprilis, decima quinta Junii, nona Julii, decima tercia Augusti, & decima septima Novemboris Mensium diebus si non sint impediti, si vero sint impediti die immediate sequente respetive non impedito, ac feria secunda infra Octavam Ascensionis Domini nostri Jesu Christi a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sancta Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die ex prædictis id egeriat, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturs.

Conceditur
prefata In-
dulgentia.Fides haben-
da transump-
tis.

S. 2. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscrip- tis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ip- sis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XI. Julii MDCCXXIX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

CCXIX.

Conceditur universo Ordini S. Francisci, necnon Civitati, & Diocesi Aculana facultas reci- tandi Officium sub ritu duplice, & celebra- di Missam B. Seraphini de Asculo.

Similis concessio ab eodem Pontifice Conf. ed. 1728. April. 12. P. 4. facta fuit Canonici Regularibus

Pramonstratenibus pro recitatione officii trium Sanctorum sui Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 18. Julii
1729. An. 6.

S. 1. Cum attenta approbatione publici Cul- tus vigore Indulctorum Apostolicorum B. Seraphino de Asculo Ordinis Minorum Capu- cinnorum præstiti, seu casus excepti a Decretis san. mem. Urbani PP. VIII., facta in Congregatione Sacrorum Rituum sub die 11. Martii 1719., annuente postmodum die 19. Aprilis di- cti Anni san. mem. Clemente PP. XI., ex parte, & ad instantiam Marchionis Joannis Baptiste Caucci d. Causæ Postulatoris, Sanctissimo Do- mino nostro Benedicto PP. XIII. supplicatum fuerit, quatenus concedere dignaretur, ut in posterum, singulis annis, in honorem prædiæ Beati die 12. Octobris Anniversaria illius obdor- mitionis in Domino, tam in toto Seraphico Or- dine Minorum S. Francisci, quam etiam in Ci- vitate, & Diocesi Aculana, ubi Sacrum ejusdem B. Corpus requiescit, & colitur, ac in Terra Montis Granarii Firmata Diocesis, ubi natus fuit, recitari posset Officium, & celebrari Missa de Communis Confessoris non Pontificis sub ritu duplice ab omnibus tam Secularibus, quam Re- gularibus utriusque sexus, qui ad horas Canoni- cas tenentur.

S. 2. Sanctitas Sua, cum prius recognosci, ac perpendi fecerit a Reverendissimo Carolo Alberto Cavalchino Archiepiscopo Philippen. Fi- dei Promotori supplicem libelum eidem San- citati Sue porrebat, ac scripturas omnes super hujusmodi instantia jampridem exaratas, & im- pressas, cum animadversionibus Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Lambertini tunc Fidei Promotoris, ac responsionibus ad eas per Postulatores datis, & nihil in illis a dicto Ar- chiepiscopo Philippen. inventum fuerit, quod hujusmodi Instantiae obstare posset, Officium & Missam in honorem B. Seraphini prædicti pro die 12. Octobris, iuxta perita, servatis tamen Rubricis Breviarii, & Missalis Romani, benigne indulxit, atque concessit die XVIII. Mensis Julii MDCCXXIX.

Præcæs hac
de re porre-
bat Sanctissi-
mo.

Concessio
præd.

CCXX.

Confirmatur Congregationis Indicis Decretum quo damnantur nonnulli Libri Latino, Galli- co &c. Idiomate impressi.

*De alia prohibitione duorum librorum Gallico Idio-
mate impressorum vide aliam hujus Conf. ed.
1728. Jun. 25. P. 5.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Decretum Sacra Congregationis Emorum, & Re- verendissimorum Dominorum S. R. E. Cardina- lium a Sanctissimo D. N. Benedicto PP. XIII., Sancta que Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque probationem, expurgationem, & permissionem in universa Republica Christiana spe- cialiter deputatorum ubique publicandum.

Decret.
præd.

S. 1. Sacra Indicis Congregationis Decreto
damnati, prohibiti, ac respective sus-
pensi fuerunt infra scripti Libri ubicumque, &
quocumque Idiomate, & inscriptione qualibet
impressi, imprimentive, quorum Tituli.

S. 2. Animadversiones Justi Henningii Boheme-
rii in Institutiones Juris Ecclesiastici Claudio Fleury,
cum Latina versione Joannis Danielis Graber. 1724.
Casimir Ordini Commentarius, & de Scriptori-
bus Ecclesiæ, antiquis illorumque scriptis &c. Lipsie
MDCCXXII. Tom. I., II., & III.

Titulipræd.
librorum,
qui damnati
fuerere.

Censura Sacra Facultatis Theologiae Duacensis
in quasdam propositiones de gratia depromptas ex di-